



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1572 usque ad annum 1581

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118642

§. 92. Comitiorum Blesensium continuatio, Clerique petitum de recipienda
Tridentina Synodo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67232)

pus erat, aliqua correxisse affererent. Sæcul. XVI.
A.C. 1577.
Verum omnes hæ quærelæ, scripta, & declarationes rursus suo successu destituebantur, quamvis Hassiæ Landgravius ad procurandam hanc unionem vehementissimas epistelas ad Imperii Electores dedisset, pariterque Ludovicus Palatinus Elector, licet secta Lutheranus esset, ad Saxoniam, & Brandenburgi Septemviros rationes, ob quas Bergensem formulam rejiceret, perscripsisset.

§. XCII.

*Comitiorum Blesensium continuatio,
Clerique petitum de recipienda Tridentina Synodo.*

Interim Blesis Comitia continuato fervore protrahebantur, ubi Lotharingii Principes, quos Catholici gregis quodammodo animam appellare licet, Religionis ardorem semper novo motu accendebant, & denuo Concilium Tridentinum promulgari per Episcopos petebant: verum Cathedralium Collegiorum Decani reluctabantur, veriti, ne suis exemptionibus spoliarentur, quapropter se haud aliter assensuros agebant, nisi prius eorum privilegiis sat idonee cautum esset. Nec hanc conditionem rejecerunt Episcopi: unde de promulgando Concilio communis omnium concurrens assensus: verum postquam res
jam

*Thu. l. 63.
Avila l. 6.*

Sæcul. XVI.
A. C. 1577. jam pene confecta videbatur, omnino repente in irritum cecidit, eoquod plurimum Provinciarum Deputati solemniter hujus Concilii promulgationi sese opponerent, interjecta protestatione, qua in uno momento totius consilii cursus sistebatur: insuper iidem Deputati a Cleri Secretario hujus protestationis tabulas erigi petebant, quas publici etiam juris fecerunt, qua audacia Ecclesiasticus ordo, magisque adhuc Pontifex offendebatur.

§. XCIII.

Trium Ordinum postulata Regi exposita circa Religionem.

Thu. l. 63.
Spond. ad
hunc annum
1577. n. 3.

In secunda Blesensium comitiorum sessione, quæ hoc anno die decima septima Januarii habebatur, trium Ordinum Deputati, & quidem Cleri nomine Viennensis Archiepiscopus, pro Nobilibus Senecajus Baro, & pro Ordine plebejo Verforius Advocatus orationem ad Regem habebant, atque eundem una omnes hortabantur, ut in suo regno solam Religionem Catholicam conferret: præcipue vero Archiepiscopus Regem impense rogabat, ut omnes errores a sana doctrina alienos perpetuo exulare juberet, atque corruptelis in Divinum cultum irrepentibus remedium opponeret: his autem Rex paucis verbis